Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

apāis meis ⁊ omnes iniquitates
meas dele. Cor mundum crea in
me deus ⁊ spiritum rectum in noua
muster̄bus meis. Ne proiicias
me a facie tua ⁊ spiritum sanctū tuū
ne auferas a me. Redde mihi
letitiam salutaris tui ⁊ spiritu prin
cipali confirma me. Docebo iui
quos uias tuas ⁊ impii ad te conuer
tentur. Liberа me de sanguinibus
deus deus salutis mei ⁊ exultabit
lingua mea iustitiam tuam. Domine
labia mea apies ⁊ os meum annun
ciabit laudem tuam. Quoniam
si uoluisses sacrificium dedissem ut
q̄ holocaustis non delectaberis. Sa
crificium deo spiritus contribulatus
cor contritum ⁊ humiliatum. Be
ne fac domine in bona uoluntate
tua sion ut edificentur muri ierlm
Tunc acceptabis sacrificium iustitiē
oblationes ⁊ holocausta tunc imponet
sup altare tuum uitulos. In fine
intellectus. DD. cum uenisset sadoch
ydumeus ⁊ annuntiasset saul
⁊ diceret ei. Venit dauid in do
mo abimelech.

Quid gloriaris in malicia q̄
potens es in iniquitate. To
ta die iniustitiam cogita
uit lingua tua sicut nouacula a
cuta fecisti dolum. Dilexisti ma
liciam sup iustitiam bonitatem
iniquitatem magis loqui
quam equitatem. Dilexisti omia
uerba precipitationis lingua dolo
sa. Propterea deus destruet te
in finem. euellet te ⁊ emigrabit
te ~~de tra~~ de tabernaculo tuo ⁊ radi
cem tuam de tra uiuentium. Vi
debunt iusti ⁊ timebunt ⁊ super eū
ridebunt ⁊ dicent ecce homo qui
non posuit deum adiutorem suum.
Sed speauit in multitudine di
uitiarum suarum ⁊ prualuit in
uanitate sua. Ego sicut oliua fruc
tifera in domo domini speauī in mi
sericordia dei mei in sec̄ulū sec̄uli. Con
fitebor tibi in sec̄ulū quia fecisti ⁊ ex
spectabo nomen tuū quoniam bonū
est in conspectu sanctorum.
In fine intellectus. D. p̄ abymelech
Dixit
insipiens in corde
suo non est deus.
Corrupti sunt ⁊
abhominabiles
facti sunt in iniquitatibus suis non
est qui faciat bonum non est usq̄
ad unum. Dominus de celo pro
spexit sup filios hominū ut videat
si est intellegens aut requirens
deum. Omnes declinauerunt simul
inutiles facti sunt non est q̄ faciat
bonū non est usq̄ ad unum. Do
nec scient omnes qui operantur in
iquitatem qui deuorant plebem
meam sicut cibum panis. Deū
non inuocauerunt illic trepidauerunt ti
more ubi non erat timor. Quoniam deus
dissipauit ossa eorum qui hominib̄
placent confusi sunt quoniam deus sp̄
nit eos. Quis dabit ex sion sa
lutare israel cum auerterit dominus
captiuitatem plebis suae exultabit
iacob ⁊ letabitur israel.